



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

TORRESANI LORENZO, *Dea cornucopiam gestans. Annania dea arbores & pecora conculcans. Phaebea. Ratione affectus iniuria facta uni censetur alteri facta l. I. §. Item autem ff. de iniur.*, Trento, Santo Zanetti, 1632.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T I-op d 105

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/136>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.



Misc. T. C. 2440.

[Bonosani Lorenzo]

BIBLIOTECA COMUNALE
TRENTO



ex libris



K 1960980

D 1960960

Stca

T I-OP d 105

Dea cornucopiam gestans .

ANNANIA

Dea arbores & pecora conculcans .

PHÆBEA .

Rationè affectus iniuria facta vni censetur
alteri facta. l. 1. §. item autem ff. de iniur.

SVPERIORVM PERMISSV.



TRIDENTI, Typis Santi Zanetti. 1632.

A P O L O G I A

Regionis Annaniensis.



Antilena quædam rithmica, crasso composita stylo, in Vallibus Annaniæ & Solis, auctoris nomine suppresso dudum lecta fuit, in qua toti regioni multa, quæ atrocem sapiunt iniuriam falso adscribuntur. Annanienses enim insimulantur à quodam. Vulp. in leg. lecta. ff. si cert. petat. imitando, cuius & inania suggerentis nomen, & natio celatur, & non nulla admodum indignè inculpantur, sine metu pænæ iniurias retorquendo oratione Soluta ad Legistarum normam, quorum proprium est de iniuriarum emendatione differere, hæc quàm breuiter & modestè confutantur, vt innocentia defensio respiret, potius honoris gratia conseruandi, quàm iniuriandi, vt per Gram. decis. 37. numero. 3. & 4. famam & honorem præponendo rebus capit. nolo. 1. 2. q. 1. leg. isti quidem ff. de eo quod met. caus. & omni lucro pecuniario leg. Iulianus ff. si quis omis. caus.

Regio nè ista tot opprobrijs afficienda? probationes petcurrendo, vt cum ratione in sermone addatur scribentium auctoritas, quia forsitan incognita, inaccessibleis, inhabitabilis? nequaquam nota à prisco Plinio Veronensi, qui vixit tempore Vespasiani, lib. 3. cap. 19. tit. de Alpibus & gentibus alpinis, ibi Naunes; Ioannes Buttherus in relationibus suis Vniuersalibus lib. 1. dum in Europa tractat de Comitatu Tyrolensi Nonberg celebrat, quæ Vallis Annania idiomate germanico sic appellatur, inferius eodem loco dictam Vallem amoenissimam nuncupat. Dn. Iyzi ven Valderdum exactissimus Tyrolis prouinciæ delineator vallem istam sub his verbis describit:

A 2 Vallis

Vallis hæc ad alpes versus meridiem, tractus eius sex milliaribus germanis, triginta scilicet italica protensa, frumenti, vini, aliarumque rerum necessariorum ad usum feracissima, vitorum dives, continet plura castella atque vicus plurimos: Dn Matthias Burgkener in Aquila Tyrolensi, quam artificiosè sculpi, & excudi fecit in corpore d. Aquilæ Vallem istam delineavit. Dn. Andreas Mattheus medicus Excellentissimus vallem ipsam montibus & collibus circumdatam typis effinxit, & post sitis descriptionem, vallem in formam Dæ pinxit cornucopiam gestantis, sic omnibus fructibus refertam esse, significando, eam coluit, & in libro, quem de plantis edidit, pluries de singularibus herbis in ea ortis facit mentionem.

In conspectu honorantur ab anno quadragesimo Incarnati verbi, in hunc usque diem, & usque ad extremum in ea corpora hominum sex in Sanctorum numerum diuinitè reatorum, scilicet Sisinij, Martinij & Alexandri, quos commemorat Dn. Raderius vnus ex Illustrissima Iesu Societate in suo Indice Chronologico, & Horat. Carpan. ad stat. Medioli. cap. 1. 10. tom. 1. Romedij Comitis in Thauo diuersis miraculis in singulos dies multifariè illustrati, vbi quasi (præter alia templa satis pulchra) inauditum, templum Angelorum manu pontificio more dicatum, Davidis & Abrahami sociorum, de quibus omnibus ad saturitatem scripsit Pintius tract. de gestis Ducum Tridentinorum lib. 1. nec ab eo dissentit Legendarium Sanctorum R. P. Iacobi de Voragine in vita Sancti Vigilij decimi octauæ Episcopi Tridentini gloriosi Martyris & totius Episcopatus tutelaris 26. mensis Iunij, nequaquam silentio prætereunda, quæ Pintius eo: tract. lib. 3. de eadem Valle iurè quidem meritò fatetur, narrando prius Anaunij originem, etymologiam, situm, Castra, Burga, terras, villas, & vicus, & propter vulgatam Vallis vbertatem, veteres Anaunicum Reipublicæ Tridentinæ subsidium frumentarium, siuè Tridentinorum horreum appellasse,

lasse, hinc dignoscitur, possintne applicari versus illi Egl. 2.
Virg.

Testylis & rapido fessis messoribus aestu-

Allia serpyllum, atq; herbas contundit olentes:

Et ibi Palladem cum Cerere de regno contendere, ibidem est
vitalis caeli temperies, terræ amœnitas, agrorum fertilitas, opa-
ca nemora, campestris planities, terra luxurians molli vestita
pabulo, pecorum abundantia, omnium fontium, ferri & argen-
ti vbertas, habitatorum frequentia, & non minus clarorum vi-
rorum, & bonarum disciplinarum mater, quàm agris salutife-
ri, & frugum inter quos claros viros lubet aliquos honoris gra-
tia commemorare, cæteri declarantur antiquis litterarum monu-
mentis, & ex fama eorum perenni.

Per transcennam memorantur Illustrissimi Madrutij non ha-
bitantes in regione, licet non sit incognitum prisce ortos inde
esse, quorum vetustissima familia apud Germanos, Italos,
Hispanos & Gallos longè nobilissima extat, in qua successiuis
temporibus continua serie claruerunt tres Principès S. Rom.
Ecclesiæ, & S. Rom. Imp. qui fuerunt legati de latere, & in
Marchia Anconitana Eminentissimus Card. Christophorus, vt
intermissis tot hystoricis, meminit Ios. Lud. decif. 104. vices gerē-
do in Ducatu Mediolani, veluti narrat Rol. conf. 25. lib. 3. &
nunc quartus magno cum omnium applausu ad regimen & gu-
bernationem Ecclesiæ & Principatus Triid, peruenit, CARO-
LVS nempe Emmanuel vir absolutæ doctrinæ, & ingentis ani-
mi, à quo maxima expectantur, & tot Duces exercituum etiam
Serenissimis Principibus sanguine coniuncti,

Genealogia de Thunno, inde Proceres, & Comites in toto
amplissimo Tyrolis Comitatu tam antiqui, vt in hunc vsq; diem
seruos in potestate sua habeant, vt tamen Christianos decet,
sic Oinot. §. seruus numero, 6. Inst. de. hæred. instit. in obeun-
dis spiritualibus & sæcularibus muneribus nemini secundi, quid
dicen-

dicendum de Sigismundo in Concilio Tridentino Cæsareo oratore qui in ipsius, SS. Concilij Catalogo legatorum patrum inter oratores sæculares primus sedisse cernitur, de Simone Decano Ecclesiæ Episcopalis Trid. & Antonio Decano Archiepiscopalis Ecclesiæ Salis burgenfis, & nunc de tribus uiuentibus fratribus, Cypriano Georgio, ac Christophoro Simone pluribus in Iurisdictionibus imperium habentibus, & tertio Suzæ S. Inuictissimæ & Potentissimæ C. M. intimo, quid de Ioanne Arbogasto, cui tanta diuitiarum copia est, vt sua munificentia in subleuanda studioforum & personarum Ecclesiasticarum egestate se munificum præbeat, Mæcenas iure meritò appellandus nequaquam prætereundi Filij Herculis Herois nunquam satis laudandi, qui pluribus & bellorum & pacis enitent virtutibus, vt pauci cum ipsis sint conferendi.

Domus Clesia, hinc Duces in bello tanquam ab equo Troiano esfluxerè, quorum consilio & opera in arduis Serrenissimi Archiduces Austriæ gloriosissimi, & alij Principes vsi sunt, quid dicendum de Card. Bernardo Clesio Episcopo Principeq; Tridentino & Brixinensi Veronæ sub Diuo Maximiliano inclytæ memoriæ Præfecto, quem Ferdinandus Imperator pijsimæ famæ summo in honore illum habuit, penes quem Cancellarij supremi, summiq; Præsidentis munere functus est, magnis sumptibus pulcherrima extruxit ædificia, in specie arcem ciuitatis Tridentinæ, vt domus aurea dicatur, vt habetur in exordio Concilij Trid. in descriptione Ciuitatis, & alias honorificas fabricationes, cuius memoria numquam delebitur, à quo non degenerare nunc cupit Ferdinandus Sigismundus trinepos, vt cernit de Didonis maioribus, Virg. lib. 1. Æneid.

Fortia facta patrum series longissima rerum.

Per tot ducta viros antiquæ ab origine gentis.

Artij vocati Comites potissimum antiquis in Constitutionibus Annanientibus inter cæteros modernis temporibus omittis studio

studio prifeis floruit Adamus Canonicus Tridentinus & Brixinenfis, multis alijs honoribus functus, Sigismundus Canonicus Salisburgenfis & Brixinensis, Carolus & Georgius fratres, is præfectus Vallibus istis & Flemanis, vterq; Tribunus militum, equitum peditumq; acerrimus, penes quos est ius imperandi, nec illis diffimiles sunt Christophorus Oliuerius vtriq; Valli præpofitus, & Sigismundus prædictorum filij.

Spaueri Ioannes Thomas & Christophorus Andreas Epifcopus Gurzenfis, & ambo Epifcopi Brixinenses & S. R. I. Principes, tres Capitanei Vallium Annanæ & Solis, Ioannes, Vdalicus, & Christophorus, atq; alij nunc viuentes, quorum, quanta doctrinarum in confilijs & bellis eruditio fit, quotidie experimur, penes Sereniffimos Potentiffimosq; Diuos Auftriacos diuæ memoriæ Archiduces in precio existentes.

Khueni Ioannes Iacobus Salisburgenfis Ecclefie Archiepifcopus, fedisq; apofтолicæ Legatus, & alij mortui & viuentes multis in rebus præclariffimi, fi antiquitati credimus, quos vetuiffimos effe nemini ignotum eft.

Quodam tempore habitantes Barones Firmianeri, & ibi Caftellum antiquiffimum cum maxima fubftantia poffidentes, quibus, qui in humanis funt conuenit illud Turni.

Cui genus à proauis ingens clarumq; paternæ.

Nomen erat virtutis, & ipfe accerrimus armis.

Morinberghi summa fua virtute & pietate totam illustrant regionem quorum meritum & vetuftas nobiliffimos fecit, ficuti fit in leg. prouidendum C. de postul.

Epifcopi Ioannes Betta, Nicolaus Coredu, Blafius Aliprandinus, Antonius Manincordius.

Decani Lintinenfes, alter Blafius Aliprandinus, Nicolaus Aliprandus Tomafius, & Iacobus Gola Decanus Boiorum Monachiensis.

Canonici Tridentini & Brixinenses, nunc viuentes Richardus de

du de Thunno, Ioannes Baptista Archidiaconus Melchiorius, Ludouicus à Coredò, Petrus & Franciscus vigilius Barones in Spauero, Balthasar Richardinus, Iacobus Migarius, Horatius Guarifchetus, Simon Trinza, & olim Beltramus Pezzanus.

Quatuor Consiliarij Illustrissimi & Reuerendissimi Principis Tridentini simul vitam agentes, Ioannes Baptista Busetus, Alexander Fopulus, is ab intimis etiam consilijs S. S. C. M., Felix Alberti summus quoq; Cancellarius: & Fridericus Pilatus.

Iurisconsulti diuini humaniq; iuris peritissimi, qui modo exiterunt & extant, Ioannes de Annania, Antonius Quetta vir incomparabilis, Ioannes Iacobus Malanottus Canonicus & Vicarius Episcopatus Tridentini, Ioannes Baptista à Coredò Canonicus, Vicarius & Consiliarius Episcopatus Trid. Lucas Macannius artium liberalium, Philosophiæ & S. Theologiæ Doctòr, Sacrorum Canonum Licentiatu, Banali Parochus & generalis in Spiritualibus in Episcopatu Tridentino Vicarius, Bartholomæus Pezzenus, qui legationi præfuit pro S. S. C. M. penes Turcam, Bernardinus Malanottus à secretis Serenissimi Alphonfi Estensis Ducis Ferrariæ, & Serenissimæ Iulianæ Archiducissæ Austriæ, & postmodum Diuæ Annæ Imperatricis recolendæ memoriæ, Geruasius pater, Georgius & Alexander filij de Albertis, Hieronymus Manincordius Serenissimis Archiducibus Austriæ charissimus, Stephanus Bertholdus publicus professor in Academia Viennensi, Iacobus Bertoldus hoc modo tempore Inuictissimi & gloriosissimi Cæsaris Ferdinandi Consiliarius, Bartholomæus Bertholdus, Gabriel Barbus, Christophorus Campus, qui certè cum Baldo potest gloriari in legali scientia quindecim millia ducatorum fuisse superlucratum, vt de ipso Bald. refert Boer. decif. 35. & Crass. in rub. §. substitutio, & aliorum Dd. qui suam eruditionem posteris testatissimam reliquerunt, Antistitum in dignitate constitutorum in patria & extra, Religiosorum omnium religionum præcipuè floridissimæ societatis

focietatis Iesu, Reformatorum & Capucinatorum, aliorumq; literatorum numerus penè infinitus.

In rebus bellicis Ioannes Baptista Pezzenus, Hieronymus Guarientus, Richardus Aliprandinus, Ioannes Antonius Zinus, Bonifacius Bertholdus, & Ioannes Paulus Clemens.

Philosophi ac Medici etiam in aula Cæsarea Ioannes Vdalricus & Franciscus fratres de Melchioribus, Laurentius Stancherius prothomedicus Pontificeus, Nicolaus Inama, Ioannes Matthæus Bertholdus, & alij plurimi in Europà summa dignitate aucti, & cumulati propter diuitias virtutem, scientiam, feudum, & militiam.

Et tot celebres familiæ nōscibiles, & inclytæ, quarum virtutibus summi Principes moti sunt nobilitatem concedere per leg. virtutum Cod. de stat. & imag. Ultra mercatores prudentissimos sic vocatos à Cic. ad Brutt. honestos plebeios & alios agros colentes, & pecora, quæstuarisq; artes exercentes.

Intrepidè ac egregiè hæc regio gloriari potest, partim subesse immediatè Serrenissimo Comiti Tyrolis (regnante nunc Serrenissimo ac Potentissimo LEOPOLDO, quem Deus pro Christianæ Reip. salute, & totius orbis gloria quàm diutissimè saluum ac incolumen seruet) præcipuè Optimates; pro maiori parte verò Illustrissimis & Reuerendissimis Principibus Tridentinis, & tota in spiritualibus dd. Illustrissimis obedit, à quorum Principum Imperio fidem seruando nunquam defecerunt, & sicut caput corporis sensus omnes ministrat, eiusq; sordes abstergit, putà per aures bilis atra, cholera per oculos per nares pituita per os sanguis purgetur, ita Principes illi nihil turpe in isto populo admiserunt.

In peroratione regio satis nota, à scriptoribus valdè celebrata, penu affluens, sex Tutelares habens Sanctos, satis ampla Castris, burgis & vicis ac templis, abundans tempe, viris Illustribus referta, sub S.R.I. suis Principibus fidelis non solū armis de-

B corata,

corata, sed & legibus armata. Et celebris reddita per Conuentum R. R. P. P. S. Seraphici Francisci Reformatorum ibidem nunc primum fundatum.

Sequitur itaque si accuratiori trutina regioni obiecta penitentur falsum & iniuriosum esse libellum illum valde famosum, & iniurias Regioni illatas impudenter adscribi, nec posse probari, vt forsitan veritate conuicij excusaretur secundum Gaill. lib. 2. obs. 99. erubescimus enim sine lege loqui §. consideremus auth. de trien. & semis. è conuerso hic sincera fide auctoritates & res notoriæ allegantur, vnde hæc iniuriæ popullatio desumpta fit.

Non obijciendum homines inhabitantes non esse omnes vitæ integros scelerumq; puros, vt idem est in vnaquaq; prouinciâ, & in malo punico granum etiam aliquod putridum esse dicit Crates ille Thebanus apud Diogenem Laertium, sed non benè insertur ad totam prouinciam, & in sacro Apostolorum collegio fuit Iudas proditor quis fari auderet? totum cœtum reprobatum esse, & secundum D. August. super Psalm. Nè putetis gratis malos esse in hoc mundo, & nihil boni de eis agere Deum, omnis malus aut ideò viuit, vt corrigatur, aut ideò viuit, vt per illum bonus exerceatur, est tex. in c. secundum carnem 23. q. 4. Card. Tusch. Litt. A. conclus. 29, & nemo est qui sine crimine uiuat, ò miseri, si semper Deum vindicem haberemus, vt ait Ouid. 3. de Trist.

Si quoties peccant homines, sua fulmina mittat.

Iupiter exiguo tempore inermis erit.

Orationis illa varietas arcam Noë in Valle se fixisse ex signis quod adsint quædam fibulæ ferreæ albis plumbo affixæ, si is legisset Tractatus finium regum dorum, se abstinuisset à tali modo loquendi, quoniam notissimum est fibulas illas loco limitum positas esse, & arcam conscendisse montes Armenia.

Vallem non esse de nobilibus Ciuitatibus, legatur, c. nos qui
40. dist.

40. dist. Nos qui præsumus non ex locorum, vel generis, dignitate, sed morum nobilitate innotescere debemus, nec vrbium claritate, sed fidei puritate, & c. illud ea: dist. probatur non esse nimis gloriandum de loci nobilitate, & Galenus ita fassus est, si fixius & attentius contempleris, res hominum comperies non homines factos Illustres ex ciuitatibus, sed contra per viros bonos & artibus præstantes patrias fuisse nobilitates, & illud Sartyrici Poëta.

Summos posse viros, & magna exempla duros.

Veruecum in patria, crassoq; sub aere nasci.

Quid mirum de sermone rudium (primarij namq; promiscuè loquantur lingua teutonicà, scilicet & itala) forsitan omnes Itali hetrusco loquuntur idiomate? sufficit quòd mediocri & sermone intelligibili sermonicentur, tam bene quàm faciunt Bergomates, Brixiani, Forijulienses, & Alpini in Gallia Cisalpina.

Tandem ad refutandas iniurias vtendum est verbis tex. in leg. vnic. Cod. si quis Imp. maledix. quòd talis sit modestiæ nescius & pudoris ignarus, vel petulans, tumultentus vel id procedatur ex leuitate vel insania, non excusandus quòd ludibrio fecerit, vt per Bonif. Vital. tit. de iniur. num. 23. eò magis quia plures copix sunt in varias partes transmissæ, verbaq; illa de sui natura sunt contumeliosa Mascard. de probat. conclus. 902. num. 6. nam talia sunt subiecta qualia prædicata demonstrant, & Vulp. in leg. 1. ff. de iniur. in diffinitione iniuriæ proponit, omne quod non iure fit iniuriam esse & inter ceteros iniuriandi modos per scripturam iniuriam inferri, est tex. in leg. lex Cornelia §. si quis librum leg. apud Labeonem §. hoc edictum, ibi vel cantet aliquid quod pudorem alicuius lædat, eo. tit. de iniur. vel dignitatem lædat d. leg. 1. §. omnemq; iniuriam, & eà grauior dicitur iniuria propter qualitatem loci leg. Prætor edixit §. atrocem dict. tit. de iniur. c. 1. de maled. omittitur consultò pæna iniuriantium tam de iure Canonico quàm Ciuili, quia Lectores remittuntur.

remittuntur ad c. ex merito. 6. q. 1. c. fin. 5. q. 1. leg. vnic. Cod. de famos. libel. Farin. q. 105. num. 25, cum seqq. & ibi num. 321. de retinentibus, publicantibus & legentibus famosum libellum. Et si Legistæ recusantur, reuoluatur sacra pagina Leuit. c. 19. non eris criminator nec fufurro in populis, & prou. c. 24. vers. 21. cum detractoribus nè commiscearis, quoniam repente confurget perditio eorum, & Corinth. c. 19, fufurrones & detractores sunt Deo odibiles.

Hæc igitur sic in isto breuissimo apologetico libello, contrarijs infirmatis & adductis confirmatis, delibata erunt in excusationem pro necessaria Regionis Annaniensis defensione, vt patriæ omnia debeamus, cum non nobis, sed illi nati simus, Cic. in 2. de leg. & in Orat. contra Vatic. & dulcissima cuiq; dicitur patria sua leg. qui habitat ff. de leg. 3. Tholos. art. mirab. lib. 39. numero, 32.

L. T. D. V. I.

Laus Trino Deo Vni Immortali.

Euulgata sub anno 1630.

F I N I S.

P18021

vnic. Cod
& ibi num.
amosum li
gina Leuit.
rou. c. 24.
m repene
& detra.

o, contra
n excusa
ne, vt pa
us, Cic
; dicitur
irab. lib

Biblioteca
Comunale

T
I-OP
d
105

TRENTO

Misc T. c. 2440

22


Dea cornucopiam gestans .

I A
ans .


A
confetur
e iniur.
S S V.



x-rite colorchecker



MSC0PPCC0813



TRIDENTI, Typis Santi Zanetti. 1632.